

DE PROSODIA.
 GENERA CARMINUM.
De Hexametro.

Quid est Genus Hexametrum?

Est carmen, quod constat solis versibus
 Hexametris.

Quid est versus Hexameter?

Est qui constat sex regionibus, quarum prio-
 res quatuor sine discrimine recipiunt Sponde-
 um vel Dactylum: Quinta Dactylum: Sexta
 Spondeum vel Trochæum: ut,

Casta Deus mens est, castâ vult mente vocari,

Forma Hexametri est:

1.	2.	3.	4.	5.	6.
--	--	--	--	--UU	--
--UU	--UU	--UU	--UU	--UU	--U

De Elegiaco.

Est carmen, in quo alternatim ponun-
 tur versus Hexameter & Pentameter.

Quid est versus Pentameter?

Est versus, qui habet quinq; regiones, & di-
 viditur in duo Hemistichia, quorum PRIUS in
 duabus regionibus admittit Spondeum vel
 Dactylum,